



**Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In
Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Feria V. Post Dominicam I. Qvadragesimæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56314](#)

pernicaces emolli, ac misericordiam ad te reuersis exhibe.

Fecisti, ô Domine, tot in Ægypto prodigia, tot miracula ad vnius Pharaonis animū emolliendum fecisti: id ipsum quoq; in tot animalium obduratarum salutem praestare duc ad Ecclesiæ tuæ caulam oves errantes, ô pastor benignissime: vt tam ipsi quam nos, sub eodem Deo, sub eodem Redemptore, eodem pastore, & in una eademque Ecclesiæ viventes humiles tibi hac in vita gratias, & laudem in altera reddamus. Amen.

FERIA V. POST DOMINICAM I. QVADRA
gesimæ.

Partitio.

- I. Quanta vis insit orationi.
- II. Quae sint partes orationis & orantis.
- III. Quae voces Chanaæ, qua Christi.

Domine fili David miserere mei, filia mea male à damonio vexatur. Matth. 15.

FIGURA.

2. Reg. 14.

CVM vidua illa Thecuitis vnicum qui sibi restabat filium, quemq; illa singulari amore prosequebatur, ad mortem postulari, supplicisque iam à cognatis subiicendum videret: gemens atque oculos lachrymis suffusa Regi David principi suo ad pedes supplex procidit, humiliq; obsecratione ne se semenq; suum deleri & familiæ nomen extingui lineret, ac filio vitam hanc & communem spiritum concederer, postulavit. Id ipsum mihi hodierna die videre hic videores Auditores. Ecce enim hic mulierem Chanæam in scenam prodeuntem: quæ cum filiam sibi charissimam, quam illa, viri oculos diligebat, ab æterna iustitia ad necem postulari videret, vt de ea tartarei illi Carnifices, id est, diaboli, suppliciū, misere eam torquendo, sumerent, Redemptori Iesu Christo, Domino suo naturali supplex ad genua aduoluta est, & lachrymans ac suspirans filiæ sanitatem suique conseruationem efflagitauit. Insigne argumentum est, Auditores, la-

tius id vobis deducendo explicabo, si Virgini prius salutationem imperauerimus: dicamus igitur cuncti.

A V E M A R I A.

Sublime illud ingenium Aristoteles, & omnibus quotquot à duabus aut tribus annorū millibus existit, Philosophorū turba, nihil adeo in terum natura, quam occultas ille celestes maximæ qualitates in cælis latitantes, quas influxus vocamus, admirati sunt. Magna quippe tur Phœbœ et vis & potètia: adeo vt omnia, quæ supra communem naturæ cursum in clementiorum dispositione contingunt, eisdem velut causa primariæ, ac singulari ascribi queant & imputari. Si enim ab iis causam fluxus & refluxus in mari, & quid Buripum reciprocate faciat, quid metallæ sub terra sita excoquat, ac sublimet: quid in ossibus medulla exsiccat, ac redire cogat: cur magnes ferrum, ac succinū paleas & festueas ad se trahat, inquiras: nulla alia ratione data, ad influxus cælestes & operations occultas statim descendedent.

Influxus porro occulti orationis lôge maiores & præstantiores sunt influxu illo cælesti, eorumque effecta magis admiranda: vi, sunt longiores eorum naturam superant, ac longe superpræstinent. Sensit hoc vt præclare omnis, fluent illud aureum eloquentiæ Chrysostomus, in homiliis in epistolâ ad Ephesios: Orationis, inquit, vñ natvram superat, vires portio eius iam aperiāt.

Fuit ipsa Moysis & Aaron oratio, quæ terram fecit deliscere, vt Core, Dathan, & Abiron detoraret. Fuit oratio, quæ maris Rubri finum aperuit, ac sexenta hominum millia, præter uxores ac pueros siccō pede tradidit. Fuit trium puerorum oratio, quæ rabiem eam mini cohibuit, calorem compressit, ardorem & flammam in fornace Babylonica extinxit. Fuit Iosue magni illius Israelitarum ducis oratio, quæ solem stare fecit, & viterius vetuit procedere: atq; Ezechiæ, vt ciudem è cœtra umbra retrocederet. Quid plura? Eliæ oratio, omnē cælestium influxuum cursum impediuit, atq; omnium Planetarum potentiam virtutemq; ad nihil rededit, adeo vt tribus ipsis annis & medio pluria in ciuitatem Samariae non descendenter. Oratio ignem celo fecit.

I.
fluxus
elests
axime
diminu-
tus Phil-
ophi.

3 Reg. 18. fecit descendere, & hunc ita vehementem,
3 Reg. 16. vt etiam lapides & saxa consumeret. Oratio
4 Reg. 4. deinde mortuos resuscitauit, farinam mul-
Mirabiles tiplicauit, oleum per Prophetarum manus fe-
orationis cit in immensum excrescere.
effectus.

Exod. 34. Anne vnam de huiusmodi influxibus
3 Reg. 19. loqui audiuitis o Philosophi? Anne potest corpus, quadraginta dierum spatio, sine ci-
Matt. 4. bo, solo naturae auxilio, integrum permane-
re? Praesit id oratio, primo quidem in Moy-
se super montem Sinai; deinde in Elia, in so-
litudine Horeb: a longo deinde post tem-
pore, in desertis Palestina locis, in Seruatorie nostro Christo Iesu. Anne natura efficere
potest, vt corpus solidum, ferrum quoque &
quidquid graue est, super aquas instar pluiae
supernat? Efficit oratio. Video namque Pet-
rum super mare veluti in terra ambulatorem,
& in aquis non secus ac in paupiorem incep-
tentem: Et descendens Petrus de nauicula am-
bulabat super aquam. Video ad Hebrei iusta
ferri frustum velut leue & plumbeum in flu-
mine natire. Vere igitur, o admirandam
orationis vim! exclamem.

Pisciculus Tradunt naturalium rerum scriptores in
temora cu maris pisciculum esse, Græcis quidem Echi-
neida, Latinis vero Remoram dictum, cui
ius hanc esse vim aiunt, vt etiam in medio
Oceano plenis expatiantes velis, ac ventis
tumentes naues siffrat: huic si oratione pisci-
culo similem dixeris, haud multum mihi erra-
turus videbor: ipsa namque est pesculus in la-
chrymarum mari natitas: Ipsa est Remora, qua
maximas licer naues in mari mundi huius
fluctuant vnico momero siffrat ac moratur.
Euagetur & discutant maxime tentatio-
num infernali naues, prout lubitum fue-
rit, ventorum procellæ, quantum potuerint,
insurgent: minimus ille pesculus oratio, in
pietatis vndis euagatus, potis est illas siffrere,
atque tranquillitatem superinducere.

Plut. in co nius sept. Sapien. Aene meministis disceptationis illius &
disputationis, in docto illo septem Sapientum
coniuio habitæ, inter Philosophos & Re-
ges, vt quid in mundo fortissimum foret, hac
ratione inquirerent & intelligerent. In quo
cum Aethiopæ Rex sententiâ dixisset, ipsam
serum dominam Fortunam omnibus fortis-
tudine antecedere: eius opinione Thales cõ-

futata esse dixit Necesitate, quippe quæ o-
mnia & perfingeret ac domaret. O miseri
ethnici! a nondum aliquis vestru ad veritatem
peruenit, vestra mihi venia in hac liceat dis-
putatione descendere, finite me meum quoque
symbolū cōserre, ac libere quid sentiā exponere:
nullus adhuc vestrum veritatis scopum
tergit, quare ego pro meo symbolo dico, o-
mnium rerum fortissimam esse orationem. Illa
namque dæmones fugat. Hoc genus demoniorum
non cœidunt nisi in oratione Christi unio. Illa siquidem
de Angelis triumphat Jacob Patriarcha Gen. 23.
tota nocte cum Angelo luctatus, adeo eum
defatigauit, & orando obsecrandoq; mole-
stus existit, vt cum benedictione ab illo di-
missus sit. Hic Jacob ipsa est oratio, quæ cœ-
lo quodammodo importuna existens, ac pre-
cibus veluti fatigata, impetrat quod postulat,
victoriāq; iniquam consequitur: regnum
quidem celorum impatitur, & violenti rapiunt
illud, ante omnia vero ipse preces & oratio.

Potens ille Monarcha Assuerus, ceterum ac
viginti septem provinciis imperitans, ab India
nimis vñq; Aethiopianam, in tantum venu-
state ac pulchritudine humiliis Estheris ca-
pius fuit, vt ius sese meritis submittens, vi-
tro ac sponte ei promiserit quidquid illa de-
mū esset postulatura, Etiamq; dimidiatā partē
regni petierit, dabitur tibi An non tu o specie-
sa Esther, adeo regi grata existens, praestantiā collata cu
& excellentiam orationis declarat, haud du- regina
bie oratio est venusta illa regina, tantis meri- Esther.
tis gratiisq; decorata, vt summus ille ac cœ-
lestis Assuerus, verus totius mundi rex, amo-
re eius fuerit irretitus, vt omnia postulata li-
bentissime cōcedat, Omnia quecumq; orantes Marc. II.
petitus, credite accipietis, & fieri vobis. Quā igi-
tur grata & cara oculis diuinæ maiestatis exi-
stis: tu enim es delitæ Altissimi, cœlo gratissima,
te nihil in mundo aut fortius reperitur
aut validius, tu Deum superas, idq; in manu
fœminæ, & ipius quidem peccataris, imo ve-
ro Chananaæ Atq; hæc esto concionis no-
stra & Euangelii hodierni materia. Egressus
Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonie, & ecce
Chananaæ. De Chananaæ igitur hac, deque
eius obsecratione verba faciamus, ac deinde
de responso, quod à Domino accepit.

Ac primo quidecum, mulier hæc Chananaæ

M m 3 dicta

Lib. 2. c. 34. dicitur fuit, quod de progenie Cham qui filio-
rum Noc unus fuit, ut Lactantius Firmianus
ait, orta esset, qui cum maledictus a patre fu-
isset, in eam mundi partem secessit, quæ ho-
die Arabia nominatur: & eam nomine suo
Chananam nuncupauit, è qua fœmina hæc pro-
genita fuit, unde Chananæa nuncupata est.
Verum ò animæ piaæ ac fideles, si ipsam ora-
tionis tabulam ad viuum colorib. suis depi-
ctam, ac pulchritudine, feruore, & reliquis
suis insignib. ac proprietatibus admirata, ¹
numqua videre vobis contigie: hæc profecto
mulier eam manu sua delineatam aperitissi-
me demostribuit. Nihil sane vñquā huiusmo-
dividisse memini. Ostendit illa hæc fidē, qua-
lem vix quisquam credat, *O mulier magna est
fides tua. Patientia & perseverantia incredibili-
sime emunit, Ecce clamat post nos, aiunt Apo-
stoli: humilitatem præfet. it admirabile, cum
se pauperem catellam vocat: etiam Domine,
nam catelli edunt de misericordia. Atque hinc disca-*

*Oratio in
currus qua-
tuor rotis
innecto
triumphat.*
4. Reg. 2.
*Oratio a-
nimas in-
star S. Pau-
li ylq; ad
tertiū cœ-
lum rapit,*
mus oportet, orationem sine fide nullius pe-
nitutis esse momenti, sine humilitate deficere,
sine perseverantia nihil obtinere. Ita vt currus
triumphalis orationis, tribus illis insignibus
rotis feratur, quibus si quartam, nēc chari-
tatem, adiunxeris, igneum illum Eliæ currum
habueris: ille namque igneo curru in cælum
translatus fuit, quemadmodū sacra scriptura
ceu rem admirabile & miraculam ob-
culos ponit. at oratio rem lōge mirabiliorēm
efficit: quippe quæ curr' est, qui quatuor rotis
fertur, igne charitatis exestuas, & animas, nō
p aerē, vt currus ille Eliæ verū ad tertiu ylq;
cælum, vti D. Paulū, transferens. & subleuās.

Chananæa igitur hæc mulier preclaris hisce
virtutib. decorata, *Egressus de finibus illis, ter-
ram Chanaan, id est, maledictionis, relin-
quens, in Iudæam venit & Christum Domi-
num accedit. O felicem accessum, ò fortuna-
tum aditum! Iesus ille miserrimus accedit, &*
humilis illa Chananæa obuiā procēdit. Qui-
bus in rebus insignia mysteria latitate cre-
dendum est. Hinc etenim discatis oportet,
peccatores, quantis spatiis Deus ē cœlo cum
ad eam re- gratiis & benedictionibus descendit, iisdem
cipiendam vos ē terra Chanaan, id est, peccato, mūdum
anima p̄- relinquendo egredi, & quando gratiā suam
p̄ iāda est. præuenientem offert, eidem cum gratia coo-

perante debere obuiā procedere, ita vt
quemadmodum Deus à parte sua progredi-
tur, ita vos à vestra simili ter progrediamini.
*Quod insignibus vobis allegoris & simili-
tudinibus declarabo.*

An non meministis eius, quod in Numen-
orum libro legitur? quomodo scilicet duo
viri in desertum Sinai venerint, botrum è vi-
tibus Chanaan humeris suis in vete portan-
tes. Quare edoceri peccator botrum salutis
tua, quamdiu in deserto mundi huius erras,
& habitas, adeo grauem esse, ac tanti ponde-
ris, vt à duobus ferri eum necesse sit à Deo
scilicet, hinc tibi bona inspirante, & à te illinc
gratiæ datae cooperante.

Christus Dominus onustus ad montem *Matt. 17.*
Caluariæ progrediens, cruci portandæ solus
sufficiens præ pœnaru[m] dolorum; acerbi- *Sol⁹* Deu-
rate, non fuit, opus scil. erat vt Simon Cyrene
saluénorū eius succurreret, vnde factū est, vt duo si-
stram ope-
mul onus hoc portauerint. Quo quid aliud rari non
declaratum fuit, quam Deum solum saluti vult, hoc
nostræ nō intendere, verum nostrum quoq; mo[bi]us
esse madum operi admouere, ac crucem cum coopero-
codem ferre. Ipse quidem pro nobis satisfe-
tit, & pro toto mundi salute in cruce mor-
tem passus est: hæc eius partes fuere: verū nos
nobis eius satisfactionem, ac merita passio-
nis & crucis applicamus, hæc erunt nostræ.

Axioma hoc est Aristotelis, quod huic rei
optime visum est quadrare, *homo hominem ge-
nerat & Sol, de iustificatione autē merito di-
cere poterimus, Deus & homo saluunt hominē.*
An non nouum hoc & infolitus videtur ò do-
cti: *Testem huiusc rei habeo Aug. Quis fecit Phys.
te sine te, non potest saluare te sine te.* Deus in
molaru[m] huius creationis sine illo tuo labore
aut molestia cōtrivit, verum nisi tu ipse coo-
pereris saluare te non valet, esse tibi solus de-
dit: at saluēm solus dare non potest *Egregiū*
porro & illud est, quod Scala Iacob vna ex-
tremitate tangebat cælum & altera terram,
iisque Angeli eidem innitebantur. Scala iu-
stificationis extremitate vna quæ Deum gra-
tia sua præuenientem repræsentat, tangit cæ-
lum, altera vero terrā, id est, hominē cooperan-
tem, ac in ea animę discurrent, atq; instar An-
gelorum saluātur. An non hæc præclaræ figu-
ræ sunt, modo veram historiam declaremus.

Et ecco

Et ecce Chananaea gressus de finibus illis. Eisdem quibus Iesus spatius est Sidone & Tyro venerat Chananaea est Chananaan, & finibus eius est peccatum egressus est. O rem notatum dignissimam Murelior hæc, ut Euangeli verba fonaant, non more, verum do maledicta hac terra egreditur, verum etiam fugienda omnibus suis eius. Egressus est de finibus illis. sunt quoque Neque enim satis est peccatum reliquorum, peccati occasione, verum ex omnibus quoque eius finibus nos fugere. Non satis est, o matronæ, peccata facerdoti confiteri: nondum finibus eorum egressus estis. Video quippe adhuc cineres & pulueres in capitibus vestris, non quales in die cinerum pœnitentia loco usurpati. Video adhuc tintas illas genas, ac purpurastam faciem, video ad vos nudo pectora laseuientes, video etiamnum fastigata illa crinum paramenta, ac calamistratos capillorū nodos. Verum omnibus hisce occasionibus egrediendum est, huc vos hodie Chananaea illa invitare, atque hanc in rem nouas adhuc figuræ notate.

Præcepérat olim filii Israel sub Pharaonis imperio constitutis Deus, ut cum tota familia, gregibus omni denique substantia Ægypto egredientur. Cuncti greges pergent vobis sum, non remanebit ex eis unguis. Quadrat hoc in vos, o peccatores, qui sub duro infernali illy Pharaonis imperio & captiuitate detinemini. Egredi vos Ægypto vult Deus, peccata scilicet nullam in eo occasione relinqueret, quæ fortassis iterum ad id vos inuitaret. Loth est Sodoma cum tota sua familia egreditus est, nihilque in ea reliquit, cuius amor eodem illum compelleret. Egredimini igitur vos Lothi, & egredimini peccatores Sodoma, id est, flagitiis & peccatis vestris, time te fulmina, credite Angelis, cõfugite ad mortes pœnitentiarum, verum cum tota familia, afferre omnes prorsus occasionses, quæ vos, eosque ut redirentur, forsitan inuitarent, & cogerent.

Non satis fuit Moysi idolum & vitulum contabilem cõminuisse: verum eum totum in cineres redigere, arripereque vitulum quem fecerant, combusisse & confringere ut ad puluerem, quæ pars in aquam ac dedit ex eo potum filii Israel. Signum hoc est, Auditores non sufficerent idolum peccati disicere ac comminuere:

verum penitus id ex animo euellendum, & cineres eius deuorandos, id est occasionses, quibus iterum ad cõmittendum incitaremur: cineres quoque illius degerendos, ut nulla eorum amplius restet memoria. Saul Rex Israel à Deo mandatum acceperat, vt Amalec ex 2. Reg. 15. stirparet, omnemque exercitum eius deleret, quin & ipsa quoque animalia occideret. Percutere Amalec & demotrem universa eius. Sub obscuro illis inuolucris latitant eximiae res Amalec se id est, peccatum esse percutendum & simul omnia quæ ei adhærent, etiam minimas occasiones euentandas.

*In vobis aliam adhuc allegoriam est Leuitico: quando seculi, victima aliqua in sacrificium pro peccato offerenda erat, mandauebat Deus ut omnia extra castra cremarentur, donec in familiam redacta essent. lex autem hoc est: *Cremabitur in altari tota nocte: tollet quiescedos cineres, quos vorans ignis exussit, & ponens iuxta altare auferet eos extra castra, & usq[ue] ad fauillam consumat faciet. An non hoc ad nostram doctrinam mandauit Deus, ut quando se sacrificium peccati nostri facimus, atque id immolamus, extra mundum faciamus, ut omnia igne charitatis & contritionis flamma comburantur, nihil ut remaneat reliquum, nec subiectum, vel occasio, aut minima tentatio in cineres id eriam redigendum est, nulla vereius amplius memoria supersit. Anne igitur nobis allegorias deesse putatis? nam adhuc addam est Genesi productam: Pia illa matrona Sara, Abrahami marito suo dicebat, *Ejus ancillam & filium eius. neque enim illi sat erat Ismaelem expelli, simul quoque & matrem eius etiam volebat. O Sara anima inquam pia, non sufficit te Ismaelem illum peccati à te efficiere, ipsa quoque eiusdem mater, id est, occasio, eadem opera efficienda est.***

Egrediamur igitur, egrediamur è peccatis hisce nostris, ex hisce occasioneib sequamur Chananaea, iam n. in campis est & in itinere oratio ad constituta: ecce eam hic ante Iesum audiamus illam loquentem Domine miserere mei, filia mea male à demonio vexatur. Domine si vnuquam matrem in angustiis positam, aut mulierem afflictam videris, ecce eam hic ante pedes prostraram. Unica mihi est filia, in qua tota mea spes posita est, unica mea felicitas ac delicia, quæ

III.

*Chananæ**Christum*.

que miseram solari senectam poterit, & eam pro dolor dæmones mirum in modum torquent, ac vehementer atq; inhumaniter discruntant. Scio quoq; te Domine dæmonibus imperare, eos expellere, & eicere quotiescumque lubuerit: miserere igitur mei & filiæ meæ. Quis hoc te docuit ò mulier? quis haec obsecro tibi ratione misericordiæ petere suavitatem, quis te illud *Miserere mei*, quod David rex usurpare solitus erat, edocuit? Non est profecto dubium, quin aliquis tibi antea dixerit, dñob, hisce verbis, David regis duorum gravissimorum criminum, adulterii scil. & homicidii, veniam à Deo Opt. Max. esse consecutum.

Morales
sensus super hac
Chananæa

Quid vero nobis ò mulier noua hac facie & vmbbris allegoricis, hac tua fide, obsecratione, humilitate, hac tua deniq; importuna perseverantia, designas, nisi statum animæ peccatricis? quia quam primum vtrà Deo inspirata gratiam eius præuenientem adepta est: è finibus peccati atq; omnib. peccati occasionib. se debet proprie, & instar Mosis, Pharaonis palatum, id est, peccati, cōfessim deserere, & in deserto pœnitentia, in quo Christus reperitur delitescere: atq; ita coram illo, aut eius vicario qui sacerdos est, in genua procidendo, magna contritione, magna fiducia, ac profunda humilitate clamare, *Dominus miserere moi filia mea*, sc. anima male à dæmonio vexatur, miserum in modū queatur à dæmonie superbia, luxuria. Quamobrem *miserere mei*.

Alium præterea conceptum prioribus nō cōceptus. Chananaæa Magdalena, & Hæmorrhoidæ signifcant tres virtutes. Theologicas. Mar. 9. Job 12. Mar. 14. Luec. 7.

Insignis Chananaæa fronte & oculis Chananaæa huius cluci. Sacra Euangelii historia tres præclaras nobis mulieres volvit in theatrum producit, omnes pœnitentia insignes, atq; omnes à Iesu Christo exauditas. Primam quidē Hæmorrhoidam, alteram Magdalenam, postremā Chananaæam hanc, cuius hodiernum Euangelium meminit: An non tres hæ mulieres, sub larua quodammodo latitantes, tres virtutes Theologicæ esse videbuntur? An non enim Hæmorrhoida illa, cui satis erat vel simbriam vestimenti Christi contingere, fides sic, cui solis oculis species sacramentales quæ instar simbriarum ipsius Eucharistia sunt, contingere sufficit? Chananaæa vero nostra patiens

& perseuerans, an non spes est? Quid autem Maria Magdalena ipsa sit charitas, nemo est, qui ambigit, cum nimur illa sit, quæ dilexit multum & quæ ameris & charitatis flammis succensa æstuavit.

Multo autem melius tres illæ pœnitentes *Luec. 7.* fœminæ tres pœnitentia, partes, & membra significare videntur: ut scilicet Hæmorrhoida, quæ tanto dolore intus affiebat & amaritudine, quæque non nisi intra se loquatur, Contritionem certissime designet, quæ se, dolore peccati in animo concepto, mirum in modum affigit, peccatum ipsum summopere detestans: Contritio enim est dolor interitus de peccato Nostra vero Chananaæa, quæ hic eiulat, lamentatur, & amaritudinem animi exterius declarat, vere confessio dici poterit, quæ suspiris, lachrymis & summa dispericitia peccata confitetur. Magdalena autem, quæ plorat, aromata secum portat, crines euelliit, quæque oculos lacrymando fatigat, an non satisfactionis typum gerere videntur? Ignosces porto nobis ò Chananaæa, cum tot tamq; diuersas noua hac tua & insolita facie mulieres designamus: tu quoque Domine, ut ad alterum membrum veniamus, humiliorationi annue, ac miseræ huius ad dolentis matris miserere.

O rem insolitam! ò tristem & acerbum *Chananaæa* sum! Dominus mulieri huic non loquitur, Apostolus autem ne minimum responsionis dat signum, non obsecrat respondit illi verbum. Non ideo tamē illa animum despont, quærit & parat amicos qui eius causam agant, eiusq; patrocinium suscipiant. Accedit Apostolos, oblecat, ut profereat, ac partes suas agant: qui eius casu ad misericordiam commoti, lachrymis eius inflexi ac precibus vici, Domino Iesu Christo causam eius commendant dicentes, *Dominus eam quia clamat post nos*. Anne miseræ huius mulieris postulatis intuere lachrymas, miserere, dolorum acerbatumq; eius, clamores eius exaudi: aures enim nobis clamando obtundit, & fatigat, eius igitur miserere. Si vero mihi tempus esset, ò Hæretici, vos ego hic penitus, si de invocatione Sanctorum loqui inciperem, confutarem ac prosternerem: at hoc solum in animo condite, quomodo hic Chananaæa Apostolos accedat, qui Christus eius causa supplicant. *Domi-*

Dominus itaq; Apostolorum intercessione: vicitus tandem respondit: verum non vsque adeo in causa patrocinium, sed satis asperre: Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus Israel, non vero ad Chananæas: neque enim par est, externos domesticis, & familiaribus, barbaros Iudeis, & Gentiles fidelibus anteponere. Chananæa tamen, licet adeo graui responso accepero, animum non desponderet, aut ab obsecrando desistit: verum preces precibus superaddens ac importunitus quam prius rogatans, ait, Domine adiuua me, quidquid lubuerit dicio, Iudeæ tuæ quantum volueris patrocinare: me tamen adiuues necesse est, ac misera Chananæa miserearis.

Chananæa oratio. Adiuua me. Non prius te deferam quam meadiuues: pedibus tuis aduoluta emoriar, nisi filiam sanaueris. Ah Domine, quid dicent magnæ ille vrbes Tyrus & Sidon, qui dicent Babylonii, & Philisthæi, quid omnes externæ nationes dicent: si quis omnibus vbiq; Seruatorem mundi, & credunt & predicat, quiq; se ad peccatores saluandos in huc mundū venisse gloriatur, forminæ vniuersitatem & afflictæ, forminæ inquam peccatiæ, preces à se reiiceret? Quid deniq; de me dicent in terra Chanaan, quid in vniuerso orbe, si te, qui Hamorhoislam curasti, qui Mariam Magdalena ad gratiam reduxisti, ac Samaranæa postulata concessisti, vnam Chananæam reiicere, & exaudire nolle contingat: At Dominus iterum hisce auditis non minus rigide, quam antea respondit: Non est bonum sumere panem filiorum & dare canibus: quare longioribus me nolisatigare precibus: nihil namq; à me impetrabis. Quid enim dicent Israclitæ, si panem gratis, us merito debitum Iudeæ auferrem, vt Chananæis, qui bestiarū loco habendi sunt, ac canum more, Deo vero neglecto, & idolis seruientes, vivunt, eundem porrigitæ. Quamobrem recede nec me importunis tuis precibus ac molestis postulationibus amplius diuexa.

Etsam Domine. Eia age, Chananæa, vrge, insta, Messiam sollicita, eumque obsecrare ne desistas: obtinebis tandem, quod postulas: nam regnum cælorum vim patitur, non vim armorum modo aut laborum, verum etiam precum. Hinc porro discant, qui sèpius Do-

minum pro aliqua re impetranda obsecrant, vt in oratione perseverent: cum externa illa iam tertio repulsa pessa, nec tum demum desistens: tandem exaudita fuit.

Verum disquiramus, Auditores, quibus Quare potissimum de causis, Deus, qui nullum orationem à se reiicit, toties hanc mulierem repulsa toties erit. Primum quidem, vt matrem puniret, repulsa cuius culpa factum erat, vt filia à dæmonio pessa sit.

torqueretur: quod à matribus notatum portuit. Deinde vero, quod Chananæa esset, hoc est, è maledicta illa Cham progenie orta: quo ostenderet, non se hæreticorum aut infidelium preces exaudire quam magnam animi contritionem & amaritudinem ostenderint, & è terra Chanaan egressi fuerint: paucis nisi heresim abiurauerint, ac repudient. Tertia vero eaque potissima causa est, vt hinc disceremus, preces in statu peccati factas nullius prorsus momentis esse. Ita namquid docuit cæcilius ille in Euangelio: Peccatores, inquit, non exaudit Deus. Quilocus sane difficultis ac salebrosus est, cuius sexcentas interpretationes & explanationes video. Cæco enim huc Iudæi obiiciebant, quod Iesus à quo visum miraculo recepisset, peccator esset, quibus ille hoc minime fieri posse ait, eum Deus eum exaudiens, qui tamè peccatores exaudire non consuevit.

Quid ait cæcilius, vere hic cæcilius: nō videre *Luc. 2.* mihi sublimem hic agere Theologū. An non *4. Reg. 10.* caiim Publicanus qui & ipse peccator erat, à Deo exauditus fuit? An non Ezechias rex, licet etiam grauiter diuinam maiestatem offendisset, petita à Deo impetravit. Quid igitur ait: peccatores ad desperationem cogis. S. August. hunc locum explanans ait, cæcum hoc in loco, vt tironem in fide ex proprio magis iudicio quam veritatis arbitrio esse locutum. Cyrillus vero dicit Deum quidem peccatores non exaudiens, prout peccatores sunt; alij peccatores induratos & pertinaces à Deo non admitti; quidam etiam melius, non exaudiri illos quantum ad gloria meritum & satisfactionem spectat: equidem, vt ex hisce salebris semel egrediar, crediderim, Deum peccatores non tam facile quam iustos, nisi prius aliquam difficultatem senserint, & importunitatem magnamque perseuerant.

uerantiam declarauerint, exaudire. Quod viuo hic exemplo in Euangilio discimus. Videas hic namq; peccatricem, magno labore post tertiam repulsam exauditam, suaque perseverantia & nimia importunitate quod petebat, obtinentem.

Exaudit, exaudit sine dubio tandem peccatores Deus, si modo supplex & humilis sis, in postulando perseveres, ac cōfidenter di-

*Theoph. in cas: Etiam Domine, nam q̄ catelli edunt de
s.13. micū: quod Theophylactus, quilate excus-
t. Mass.*

rēs hic luxuriatur, ita explicat: quamuis canis sim & indigna. Verissimum est Domine, catellam me esse fateor, forminam miseram, desertam & afflictam: at nō panem filiorum te rogo: neq; enim adeo impudens, effrons aut adeo male sum edocta. Scio, Iudeos esse filios tibi charissimos, atq; eorum te potissimum causā in mundum venisse: non quārō signa & prodigia, qualia olim in Ægypto operatus es, aut ī mari Rubro, aut ī deser-
to. Non postulo pluuiam illam cœlestē mannae, non aquas ē petra promanantes, sunt illa namq; panis Israëlitarum: verum exiguum quandam micam ex omnipotente tua mensa decidentē, sanitatem, filia mæz quæ à dæmonio cruciatur, supplex obtestor. hæc enim non nisi mica quædam est, si cum magnis illis miraculis, quæ ipse olim edidisti comparetur. O fidem admirabilem, o humiliatatem imitandam, o perseverantiam omnia, sœculis deprædicandam! O mulier magna est fides tua: iam te amplius reiicere non possum, tua me euicit patientia & pertinacia: quodcunq; postulaueris, libens concedo: si at tibi sic u. Postulata tua concessa sunt, preces exauditæ, filia sanitati restituta.

O dulcissime Iesu vñice. Seruator orbis, misericordia ac bonitatis fons exuberans, qui perseverantiam amas, qui precib; importunè quodā modo sollicitari vis: Deus qui initio quidē austerus & rigidus, ac peccatores longe à te repellere videris: verum tandem in gratiam recipis, ac benigne exaudis. Ecce tibi hic aliam quādam Chananax, animam nempe meam, afflictam, & dejectam, quæ tuis se pedib; prouoluens misericordia implorat, Misere mei, filia mea a mālē à dæmo-
nio vexatur. Benignissime Deus mihi succur-

re filia mea, anima nimis tamen mæa torquetur, diuexatur non à dæmonio, sed à dæmoniis sexcentis, innumeris scil. peccatis, avaritia, gula, & luxuria. Heu quam terribiles dæmones! quam grauia peccata! quantaq; in animam crudelitate defæuent. Ad his igitur creator eiusdem, Deus ac Redemptor, sana eam: quani gratiam si à te impetraverit Do-
mine, erit cur misericordiam in hoc mun-
do, ac gloriam in altero deprædicet ac mi-
retur. Amen.

FERIA VI. POST DOMINI.

QUADRAGESIMA.

Partitio.

I. Parænesis de misericordia Dei.

II. De Probatica piscina.

III. De porticibus quinque panca.

IV. De ipso paralytico.

Est autem Ierosolymis Probatica piscina.
loan. 5.

FIGVRA.

R E s plane admirabilis communem na-
turæ ordinem excedens fuit, Naaman^{4 Riga} illum Syrum lepra infectū, Jordani sefe im-
mergentem, mundatum & adeo integrum
exire, nihil ut caro eius à carne pueri paruu-
li discreparet. At multo maius miraculū est,
hodierna die paralyticum, qui sefe loco mo-
uere nō poterat, imo trīginta iam annorum
spatio ea iam ægritudine laborauerat, pisci-
nam Probaticam ingressum, mox sanum &
integrum, omnibusq; membris confirmatis
exeuntem intuerti. Illud quidem Elizæus
Propheta in media Iudea, hoc vero Iesus
Christus Prophetarum Princeps in medio
Ierusalem operatus est. Ut porro vobis om-
nia quæ ad luculentum hoc miraculum spe-
clare videntur: digne & pro rei pondere ex-
pliceremus. Spiritus sancti opem, ut ille intel-
lectum illuminet, virginem Mariam ad hoc
potissimum, velut patronam & aduocatam
adhibendo, recitantes A V E M A R I A, inuo-
cemos.

Magnus ille Prophetarū Rex ac Regum Propheta David, apposite sanc ac multis de-
causis misericordia Domini, veluti amplis-
simam